

subinde, prout rerum, et negotiorum momenta postulabant, insimul convenientes, commissam sibi a Nobis Provinciam recte, et fructuose, atque ex animi nostri sententia hactenus administrarunt. Quapropter sperantes in Domino non minus utiliter in futurum quoque desudaturam esse eorum industriam, ac salubris consilii, quod auctore Deo suscepimus fructum, eodem adjuvante, atque incrementum dante, perennare desiderantes; Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine Congregationem ejusdem S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum, et aliorum virorum prædictorum a Nobis, ut præfertur, electorum, et deputatorum, ac in futurum tam a Nobis, quam a Successoribus nostris Romanis Pontificibus eligendorum, et deputandorum, cum facultate omnem difficultatem, ac dubietatem in Sanctorum reliquiis, aut indulgentiis emergentem, quæ ad fidei dogma non pertineat (Nobis tamen, et Rom. Pontifice pro tempore existente circa graviora, difficilioraque consultis) expediendi. Ac, si qui abusus in eis irrepererint, illos, iudicii forma plane postposita, corrigendi, et emendandi; causas vero iudiciale formam requirentes ad proprios Iudices remittendi. Falsas, apocryphas, indiscretasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi, et examinandi, ac ubi nobis, seu Romano Pontifici

CONGREGATIONES CLERI.

ARTICULUS EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

SUMMARIUM.

1. Congregationum istarum utilitas. — 2. Decreta de ipsis habendis in Synodo lata; et mandatum Episcopis impositum de iisdem in Relatione status Ecclesiarum referendi. — 3. Variæ Sacrarum Congregationum de illis, qui cœtibus istis interesse tenentur, resolutiones ad num. 9. — 10. Quæ pœna constituenda in illos, qui ad hos cœtus non conveniunt.

(1. Quantum ad morales Theologiæ, reique Liturgiæ studium in Ecclesiasticis hominibus fovendum conferant cœtus, in quibus de conscientia casibus, sacrisque cœremoniis disceptatur, modo rite instituantur, facile quisque videt. Nam singuli, qui ad illos conveniunt, propositas quæstiones expendant, et Scriptores, qui de ipsis agunt, consulant, oportet. Ex quo fit ut eliminata a Clero morum doctrinæ, et Sacrorum Rituum ignorantia, nihil in Sacramentorum administratione, Divini Officii recitatione, et cæteris Ecclesiasticis functionibus fiat, quod minus deceat, et Christiano populo damnum, offensionemve afferre ullo modo possit.

(2. Quamobrem nulla proximis sæculis habita Synodus aut Provincialis, aut Diœcesana fuit, quæ legem de cœtibus istis, cum in Urbibus, tum per Diœcesim habendis non tulerit, aut latam semel non confirmaverit. Quinetiam Episcopis omnibus præscriptum fuit, ut in Relationibus de Ecclesiarum ipsis commissarum statu de legis hujus observatione referrent. Nam in Instructione Sacræ Congregationis Concilii pro Episcopis, Pri-

pro tempore existenti retulerit, nostra, seu illius auctoritate rejiciendi: Reliquias de novo inventas, quas rec. mem. Innocentius III Prædecessor noster in Generali Concilio Lateranensi publica veneratione coli, nisi prius auctoritate Romani Pontificis approbatas, prohibuit recognoscendi quoque et examinandi; ac in concedendis Indulgentiis, Sanctorumque reliquiis donandis moderatorem adhiberi, omniaque pie, sancte, et incorrupte fieri curandi tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus. »

(53. Componitur Congr. Indulg. ex pluribus Cardinalibus, Prælatibus, Consultoribus, et ex ejusdem Congregationis Secretariis. Pertinet ad illam providere ne divulgentur falsæ, apocryphæ, vel inopportuna Indulgentiæ, examinare ac interpretari jam vulgatas; et, si oportet, consulto Pontifice, illas rejicere et abolere. Ipsa Congregatio etiam concedit per decretum Eminentissimi Congregationis Præfecti, aut per Secretarium, Altaria privilegiata ad septem annos vel in perpetuum, et Indulgentias plenarias seu partiales in festivitibus Sanctorum Protectorum, vel B. Mariæ Virginis.

(54. Sunt etiam aliæ multæ Congregationes, uti diximus, quas hic brevitate gratia præterimus, videndæ si placet apud Card. de Luca lib. 13. Par. 2. Relat. Rom. Curia.

— 11. Methodus in istis servanda ex Concilio Provinciali Romano 1725, et ex Instructionibus S. Caroli Borromæi ad num. 13. — 14. Institutiones Ecclesiasticæ Benedicti XIV, in quibus de hisce Congregationibus agit. — 15. Saluberrimum ejusdem Benedicti XIV Decretum de Resolutionibus ad quæstiones propositas typis a Metropolitanæ Bononiensis Pœnitentiario eadendis.

matibus, et Patriarchis super modo conficiendi relationes statuum Ecclesiarum, quas, occasione visitationis Sacrorum Liminum, eidem Sacræ Congregationi exhibere tenentur, § 3, num. 14. legitur: « An habeantur Confœrentiæ Theologiæ Moralis, seu Casuum Conscientiæ, et etiam Sacrorum Rituum, et quot vicibus habeantur, et qui illis intersint, et quinam profectus ex illis habeatur. »

(3. Sequitur, ut, quinam cœtibus istis interesse teneantur, ostendamus. Auctor noster verbo *Canonicatus, Canonicus* Artic. 9, num. 33, et seq. inquit: « Ad interessendum.... lectioni, seu conferentiæ Casuum Conscientiæ possunt solum compelli Canonici, alique Presbyteri, qui sunt Confessarii; cæteri vero Canonici, et Presbyteri, qui non sunt Confessarii, possunt solum hortari... Regulares vero, nisi sint Parochi, nullatenus cogi possunt, ad interessendum lectioni, seu conferentiæ Casuum Conscientiæ. » Et sane, ut animadversum fuit in Fol. confecto occasione controversiæ Larinen. Decretorum Synodali Tom. 5, Thesauri Resolut. Sac. Congregationis Concilii pag. 261.

« Sac. Congregatio pluries censuit, non eodem modo, atque indiscriminatum quoscumque Ecclesiasticos esse cogendos, ut collationibus pro discussione Casuum ad Conscientiæ Forum spectantium intersint; sed eos, qui animarum curæ præpositi sunt, itemque omnes Presbyteros, qui Confessiones excipiunt, compelli ad id posse; cæteros vero esse quidem monendos et adhortandos, non tamen cogendos; » quemadmodum patet ex Decretis quæ in eodem Fol. et a Ferraris loc. cit. referuntur. De Regularibus quoque respondit: « Ordinarios Locorum posse quidem hortari, non autem compellere Religiosos, non Parochos, ad accedendum ad conferentiam casuum conscientia. » Vide Verb. *Regulares*, art. 2, n. 124.

(4. Verum in prædicta Larinensi Decretorum die 30 Augusti anno 1732, ad primum et secundum dubium, quæ erant hujusmodi.

I. « An juxta Decretum Synodi celebratæ ab Episcopo Larinen. an. 1728, indiscriminatim omnes Ecclesiastici teneantur interesse Congregationi de quæstionibus ad forum conscientia spectantibus. » Et quatenus affirmative.

II. « An contra eos, qui non intersint, sustineantur pœnæ in eodem Decreto Synodali inflictæ, id est quod Sacerdotes debeant abstinere die sequenti a celebratione Missæ, et quod Clerici non Sacerdotes debeant solvere unum Carolenum qualibet vice, applicandum Seminario. »

Respondit: « Ad primum affirmative præterquam quoad Clericos non constitutos in sacris, qui non sunt cogendi. Ad secundum, sublata pœna suspensionis, pœnam quoad habentes curam animarum et Confessarios esse statuendam in duobus Carolenis, quantum ad reliquos, in uno, » ut videre est Tom. eod. Resol. Concil. pag. 386 seqq.

(5. Pariter in Salernitana Edictorum die 27 Septembris anno eodem ad dubium primum: « Ad dignitates, et Canonici Ecclesiæ Cathedralis cogi valeant sub pœna quinque Carolenorum pro qualibet vice, ut intersint Congregationibus de casibus conscientiam habendis, » responsum fuit *Affirmative*. Tom. eod. pag. 395 seq. cum qui Secretis eidem Sac. Congregationi erat, hæc in Folio adnotanda quoad illud dubium proposuisset (Tom. eod. pag. 392). « Quod primum hæc S. Congregatio in Larinen. Decretorum Synodali Tom. 5, Thesauri Resolut. Sac. Congregationis Concilii pro Episcopis, Pri-

bentes curam animarum, et Confessarios, muleta decreta fuit in duobus carolinis, quod vero ad reliquos in uno. »

(6. Ad Regulares vero quod attinet in Epistola Encyclica, quam S. Congregatio Disciplina præposita die 8 Novembris anno 1752 dedit, quæque affertur ab Auctore verbo Regulares Art. 2, num. 123, § 3, cautum est, ut Regulares pro excipiendis Sæcularium Confessionibus approbati, etiamsi Parochi non sint, compelli possint, ut intersint Conferentiæ Casuum ab Episcopo præscriptæ, si in Cœnobis, in quibus commorantur, Lectio de morum doctrina, et Collatio de Casibus Conscientiæ non habeatur ad normam Constitutionum cujuscumque Ordinis, et Decretorum Clementis VIII pro reformatione Regularium quæ dantur verbo *Regulares*, Art. 1, num. 85, in quibus § 2, dicitur: « Lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum Conscientiæ bis in hebdomada, præscriptis diebus, in singulis Monasteriis et Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione, circa explicatam doctrinam sese utiliter exerceant. »

(7. In his autem extremis Resolutionibus edendis Eminentissimi Patres Sacrar. Congregationum Concilii, et Disciplina, præ oculis habuerunt Constitutionem Innocentii XIII super Ecclesiastica Disciplina in Regnis Hispaniarum a Benedicto XIII confirmatam Const. *In supremo militantis Ecclesiæ solio* et Decretum Concilii Provincialis Romani Præsidente eodem Benedicto XIII habiti tit. 13, cap. 9. Nam in memorata Constitut. § 7, legitur: « Sed et cum personæ Ecclesiasticæ nunquam satis in obsequiis supremo Numini exhibendis, iisque præstandis, quæ eorum statui consentanea sunt, exerceri valeant; plurimum in Domino commendamus pium morem in plerisque Hispaniarum Diœcesibus vigentem, ut Clerici tam in minoribus, quam in majoribus Ordinibus constituti, atque etiam Presbyteri, tametsi Beneficia, vel Officia Ecclesiastica non habentes, superpelliceo induti in Ecclesiis, quibus adscripti fuerint, Missæ Conventuali cum cantu celebratæ, necnon primis, et secundis Vesperis Officii, diebus Dominicis, aliisque Festis assistant. Quinimo enixe hortamur, ut Episcopi aliarum Diœcesium, in quibus mos ille institutus hactenus non fuerit, id in posterum servari curent in omnibus, ac insuper satagant, ut omnes Ecclesiastici prædicti etiam collationibus habendis coram Parochis suis, vel aliis ab Episcopo deputatis, super casibus, conscientia forum concernentibus, et super ritibus, ac cœremoniis sacris intersint. »

(8. Concilium vero Provinciale Romanum loc. cit. « Sane, inquit, prout, quibusdam referentibus, et experientia ipsa, non sine gravi nostri cordis dolore, didicimus, plures sunt Ecclesiarum, etiam non ignobilium, sacrorumque Altarium Ministri, qui, parum illius attendentes majestatem, et dignitatem, ad ejus intimum sunt famulatum addicti, in Choro, in Altari, et reliquis officiis ecclesiasticis, ita minus apte se habent, ut in plurimum scandalum, et exemplum perniciosum

id cedere dignoscatur. Rubricæ namque ut plurimum ignorantur, et sacræ cæremoniæ usu ipso vilesunt. Quocirca operæ pretium ducant Episcopi, omnemque curam ac diligentiam adhibere non desinant, quousque Congregationes, tum in Civitatibus, tum in Diocesisibus, per omnes de Clero, sacris initiatos, Canonicos, Parochos, et Confessarios, (Regulares etiam, dummodo morales in eorum Conventibus lectiones non habeantur, alias ab audiendis confessionibus suspendendos) semel in unaquaque hebdomada, certoque designando die, et sub certa pœna pecuniaria contra contumaces, habeantur, in quibus alternatim, et Rituum, et Conscientiæ casus proponantur, discutiantur, et practicæ exerceantur, methodo servata Synodali, quæ legetur in Appendice. »

(9. Igitur ad Conventus de casibus conscientiæ, et sacris ritibus compelli ab Ordinariis Locorum possunt. I. Parochi omnes cum Sæculares tum Regulares. II. Omnes Confessarii Sæculares, et Confessarii Regulares ad Sæcularium Confessiones excipientes approbati, dummodo morales in eorum Conventibus lectiones non habeantur, cujus quidem rei Ordinarius juratum Superioris testimonium exigere poterit, ut exigendum dicitur in Synodo Viterb. an. 1762, tit. 1, cap. 3, num. 5. III. Omnes Canonici et Presbyteri. IV. Omnes in Sacris Ordinibus constituti.

(10. Jam quæ pœna ab Ordinariis locorum constitui possit in illos, qui, cum hujus generis tamen negligunt, ex Resolutionibus, et Decretis num. 4, et proximis allatis constat. Nempe Parochi, Canonici, Confessarii, cæterique e Clero Sæculari pœna pecuniaria puniri queunt, censuris non item quemadmodum ex Resolutione Sac. Congregationis Concilii in Larinea. Decretorum allata num. 4, evincitur. Quo quidem exemplo utitur Benedictus XIV de Synodo Diocesana lib. 10, cap. 2, num. 4, ut ostendat ex sententia Sac. Congr. Concilii censuram latæ sententiæ tanquam extremum remedium esse tantum adhibendam, cum malum gravissimum est, neque aliter præcidi, aliisque pœnis cohiberi potest. Sic autem habet: « Hanc pariter fuisse, esseque constantem sententiam Sacræ Congregationis, ex eo colligitur, quod paucis ante annis accidit Episcopo Larinensi. Habita ab eo fuerat Diocesana Synodus anno 1728 adversus cujus nimium severas Constitutiones Clerici Larinenses appellarunt: sed san. mem. Benedictus XIII appellatione rejecta, eas ad unguem servari jussit. Benedicto et vivis erepto, ab ejus Successore Clemente XII facultas facta est Larinensibus Clericis sua jura deducendi ad Sacram Congregationem Concilii: quæ cum in prima ex Synodalibus Constitutionibus, a Clero impugnat, sancitum deprehenderit, ut omnes indiscriminatim Ecclesiastici tenerentur interesse Congregationi, de quæstionibus, ad forum conscientiæ spectantibus, haberi con-

(1) Ad Tit. celebrat. Missar.

sueta, atque in earum altera injunctum viderit Sacerdotibus, ut quotiescumque prædictæ Congregationi non interessent, insequenti die abstinere a celebratione Missæ, die 30 Augusti 1732 rescripsit primam Constitutionem non sustineri quoad Clericos nondum sacris initiatos; ex altera vero deleri jussit præfatam pœnam suspensionis: etsi enim hæc levissima esset, et unica tantum die Sacerdotes arceret a Sacro Altaris ministerio, levior tamen Sacræ Congregationi visa est culpa, propter quam infligebatur: quod videri potest in Thesaur. Resolut. t. 5, pag. 387. Pœna pro Regularibus est suspensio ab audiendis Confessionibus ex Concilio Romano. »

(11. Extremum est, ut Methodum Synodalem in cæteris istis servandam, quæ legitur in Appendice ad Concilium mox laudatum num. 17, tum Decreta Sancti Caroli Borromei ex Instructionibus Congregationum Diocesanarum tit. 16 et seqq. Actorum Ecclesiæ Mediolanensis part. 4, referamus.

(12. Metodo da tenersi dal Clero nelle Congregazioni de' Sagri Riti, e Casi di Coscienza. Cit. Tit. 13, cap. 9.

Chi si ricorda, che Iddio per Osea (1) disse ai Sacerdoti del vecchio Testamento (2): *quia tu scientiam repulisti, repellam te, no sacerdotio fungaris mihi*: rifletterà bene, quanta scienza si richiegga nel Sacerdozio Evangelico; non dovendosi negare alla verità quello che richiedevasi all'ombra, ed agli enigmi. E maggiore scienza certamente richiedesi in quei, che non hanno già da offrire su de' Sacri Altari vittime di animali immondi, ma lo Immacolato Agnello di Dio; e devono ministrare i Sacramenti, che dal di lui aperto costato diramaronsi a Benefizio dell' Universo. Per non essere adunque i Sacerdoti, ed ogni altro Ministro dell' Altare, come ignoranti, rigettati dagli esercizi de' nostri sagrosanti Misteri; frequenteranno le Congregazioni de' Casi, e de' Riti, tanto inculcate precisamente nel presente Concilio Romano, le quali faransi nella maniera, che qui si soggiunge, e si propone doversi osservare.

1. Una volta adunque per ciascheduna settimana ne' luoghi, da stabilirsi da' Vescovi, ed in Roma dall' Eminentissimo Signor Cardinal Vicario farassi a vicenda, or l'una, or l'altra Congreg. de' Casi, e de' Riti. Vi sarà Prefetto, che presederà; e sarà il costituito da' Vescovi medesimi, i quali parimente costituiranno un Segretario, coll' ufficio come appresso.

2. Il giorno, ed ora prefissi, significheransi dal Prefetto di ciaschedun luogo. Mezz' ora innanzi il Segretario di essa Congregazione farà sonare alla distesa, per un mezzo quarto di ora, la Campana della Chiesa, ove farassi la Congregazione.

3. Congregati che saranno tutti nel luogo determinato, quei, che debbono convenire, si darà principio alla conferenza dal Prefetto con l'Inno: *Veni Creator Spiritus*, dopo il

(2) Osea 4. v. 6.

quale egli stesso soggiungerà l'Orazione dello Spirito Santo, della Beata Vergine, e quell' altra *Actiones nostras etc.* nel qual tempo staranno tutti inginocchiati.

4. Finita la Orazione, si porrà ciascuno a sedere con ordine, la metà per parte, ed in mezzo in faccia al Clero, sederà il Prefetto, il quale terrà avanti di se un tavolino, con quei libri, che stimerà egli necessarij, come anche l'orologio da polvere per misurare il tempo, che dovrà durare la Congregazione, e sarà almeno di un' ora.

5. Da un lato del medesimo tavolino sederà il Segretario, che dovrà tenere presso di se il ruolo di tutti quegli Ecclesiastici, che saran tenuti a convenire con carta, penna, calamajo, ed un libro grosso, che dovranno somministrarsi da' Procuratori de' Capitoli, Collegj, e Cleri obbligati; ed in tal libro dovranno registrarsi i Casi, che si discuteranno colle loro decisioni, in ciascheduna conferenza, come si dirà appresso, parlando dell' ufficio del Segretario.

6. Posti che saranno tutti a sedere, il Prefetto per un quarto di ora leggerà, e spiegherà un capo di qualche Concilio Provinciale, o Diocesano, appartenente alla propria Diocesi, acciocchè in questa maniera venga ricordata ed inculcata a ciascheduna la legge, che deve osservare, e far da altri osservare.

7. Terminata questa lezione, e spiegazione, si passerà alla discussione di un sol Caso, o rituale, o morale, come si è detto di sopra num. 1, intorno al quale discorreranno almeno due; e questi si caveranno a sorte da una bussola, ove saranno in tante cartelline i nomi degli obbligati alla Congregazione, acciocchè tutti vengano preparati. Intorno a ciò si spenderà un altro quarto di ora, o più, secondo parerà spediente; avvertendo, che tale discussione segua con sodezza di dottrina, con brevità, e senza strepito di parole.

8. In fine della discussione il Prefetto, o qualche altro (secondo altra più buona regola, giusta il numero de' Soggetti, che vi saranno, il quale però si caverà a sorte da un' altra bussola, e dovrà avvisarsi quindici giorni innanzi) brevemente determinerà la conclusione del caso proposto, con quelle sode dottrine, che egli stimerà più vere e più fondate. Ed acciocchè possan tutti prepararsi s' ingiunga a ciascheduno, che abbia presso di se qualche libro di Autore più Classico che tratti praticamente di Teologia, e Casi morali; e per le materie de' Sagri Riti, abbiansi almeno i Commentarj del Sarnelli, fatti stampare e ristampare di ordine di Nostro Signore, il Gavanto, il Bauldri, e da Parochi anche il Corsetti.

9. Nel terzo quarto di ora si metteranno in pratica i Sacri Riti; principiando dalla Messa privata, Messa solenne, Funzioni Parochiali, e ministrazioni de' Sacramenti, avvertendosi, che ciò si faccia un poco per volta, e con attenzione. da chi deputerà il Prefetto; dal quale si destinerà ancora un

Maestro di Ceremonie, per le correnti animadversioni, e dovute ammende.

10. L'ultimo quarto si spenderà nell' orazione mentale; proponendosi da uno, che per le prime volte pur destinerà il Prefetto i Punti da meditarsi secondo il metodo dato da S. Francesco di Sales; e per maggior comodo e facilità potranno prendersi dal celebre Tommaso da Kempis; in appresso però, quando giudicherà il Prefetto, si caverà anche dall' altra bussoletta chi dovrà dare la meditazione, affinchè ognuno s' impraticisca in sì necessario, ed utile esercizio di orare.

11. Finalmente si terminerà la meditazione con qualche breve orazione vocale, come *Agimus, etc. Confirma hoc Deus, etc.* e colle Litanie della Beata Vergine, e sua orazione in fine.

12. Fatti questi esercizi, s'intimerà la Congregazione futura, leggendosi a tal' effetto dal Segretario il foglio, che gli darà il Prefetto, dove sarà prescritto il giorno, e l'ora della medesima, e notato il Caso da discutersi, con quella parte della Funzione, che dovrà mettersi in pratica, e chi dovrà dare la meditazione; il qual foglio poi dovrà affiggersi in luogo patente nella Sagrestia, acciocchè da tutti sia veduto, e possa ciascheduno opportunamente prevedere collo studio la risoluzione del dubbio, che si discuterà, e prepararsi alla pratica della proposta funzione.

13. L'ufficio poi del Segretario sarà, finita che sia la conferenza, di registrarla compendiosamente nel libro accennato; notando primieramente il giorno, l'ora, ed il luogo, nel quale fu tenuta, co' nomi di tutti gli Ecclesiastici, che vi saranno radunati; o per far breve, con notarvi i soliti assenti, acciocchè siano corretti. Indi registrerà il caso esaminato, i nomi di quei, che usciti a sorte, han discorso sopra il medesimo; indi vi trascriverà la decisione, che riceverà da chi l'avrà fatta: dipoi noterà quella parte della funzione pratica; ed in fine si sottoscriverà col suo nome, e cognome.

14. Finito tutto ciò dovrà lo stesso Segretario in una notola, sottoscritta da lui, notare i nomi de' mancanti senza legittimo impedimento, la quale deve sempre approvarsi dal Prefetto, e consegnarla al Vicario del Luogo, ad effetto di procedere alla pena stabilita; e sarà obbligazione precisa dei Vicarj medesimi di vedere, ed insieme invigilare che il Segretario non manchi al suo ufficio, ad effetto di avvisare i Vescovi medesimi, per darvi i rimedj opportuni.

15. E perchè nel Segretario somma fede si ricerca, mentre al libro conservato da lui dovrà aversi piena credenza per le attestazioni, che di ordine, o del Vescovo, o della sua Curia, si estrarranno intorno alla frequenza degli Ecclesiastici in questo esercizio, egli dovrà giurare sopra il S. Vangelo in manc de' Vicarj de' luoghi, di amministrare fedelmente il suo ufficio; nè si tralascerà nel libro stesso delle Conferenze di registrare l'Atto del dato giuramento.